

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Luxuria a  
cum fonte primo

Luxuria non est uicium  
corporum pulcrorum uel suauium sed  
anime peruerse amantis corporeas  
uoluptates neglecta temperancia quo

aptamur spiritualibus.

Augustinus XII. de ciuitate Dei.

Neque enim auri uitium est auaritia, sed  
hominis peruerse amantis aurum iustitia  
derelicta, quae incomparabiliter auro  
debit anteponi;

nec luxuria uitium est  
pulchrorum suauiumque corporum, sed  
animae peruerse amantis corporeas  
uoluptates neglecta temperantia, qua  
rebus spiritaliter pulchrioribus et  
incompactibiliter suauioribus coaptamur;  
nec iactantia uitium est laudis humanae,  
sed animae peruerse amantis laudari ab  
hominibus spreto testimonio  
conscientiae; nec superbia uitium est  
dantis potestatem uel ipsius etiam  
potestatis, sed animae peruerse amantis  
potestatem suam potentioris iustiore  
contempta.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate  
Dei*, 12, 8 (CCSL 48, B. Dombart ed.,  
pp.362-3, ll.11-22).